

VOTA POETICA,

Ad Nuptias

Strenui, genere, rei, militaris peritia

Ornatissimi Viri-Juvenis

Dn. FRIDERICI

Cressen / Vexilliferi

Equestris,

Viri Amplissimi & Consultissimi

Dn. THOMÆ Cressen / J. U. D.

Ducalis Scabinatus Magdeburgici, qui Ha-

læ est, Subsenioris, laudatissimæq; Reipubl.

ibidem Syndici celeberrimi, Filij,

SPONSI;

Cum Virgine Lectissima & pudicissima

MARGARETA,

Viri Prudentissimi & gravissimi

Dn. CHRISTOPHORI Wagnitz / Reipubl.

Servestanæ quondam Consulis meritissimi

Relictâ Filiâ, SPONSA,

Celebrandas Hale die 13. M. Aprilis

ANNO 1624.

Ex illustri Academia Lipsiensi missa.

Ibidem JOHANN Blüch excudebat.

VOTA POETICA,
 Ab Insuper
 Inveni genere, vobis, militaria peritia
 Ornatisimè in Juvenis
D. FERIDERICI
 Oratoris & eximii
 Educatoris
 Vini Amplissimi & Consularis
 D. THOMAE Oratoris & J. U. D.
 Ducalis Scabinus Magdeburgici, qui Ha-
 bitus, Sublimioris laudabilissimè; R. quod
 ibidem Synici celebrissimè filij
 SPONSIT
 Cum Virgine Lectissima & pudicissima
MARGARETA
 Vni Præclarissimè & gratissimè
 D. CHRISTOPHORI & dignissimi R. quod
 servetans quondam Consulis mentissimè
 R. quod filij, & onerè
 Celebrantur Hæc die 13. Martij
 Anno 1622.
 Ex illius Academiæ I. quod sententiis
 Ibidem JOHANNES GILDE excudat.





Θαλόμυρον Θάλαμον!

Hebr. ח נא לה את שיר קצר

ק חתן אשר כתבת :

כל טוב יהי בלתי קצר

לכם כמו כספת :

שלום כשמה אף אשר

לכם יהי עם כל אשר :

גם את פנינים הכל

חתן לה בלתי כל :

הא כל טבת

Syr.

למשחת

נתל מרין

בשמי :

Εἰρήνη θαλάμῳ σφετέρῳ καὶ πλεῖτ' ἔνεσται,
πλάσιον εἰρήνης ἔνομα ὥσπερ ἔχθρας.

Μάργαρα Μαργαρίτις καὶ γάργαρα χάρματα
δώσθ,

ἀντὶ κακῶν κοσμῆ φάρμακον ἔσα τέη.

V Exilla Martis haecenus
Sequi, voluptas intima
Sponso fuit; quin praetulit
Vexilla Marti fervido.

A 2

Vidit

Palm

Vidit Venus, quòd strenuè
Isthæc obiret munia,
A Marte quæ concredita
Vidit, statim Cupidini,
Dixit: placet præ cæteris
Vexillifer pridem hic mihi.
Palmam meretur, & decus
Est ordini commilitum.
Quid si suum vellet dare
Nomen mihi; vexillifer
In posterum quò Cypridis
Audiret & Cupidinis?
Si vis, volet; matri suæ
Respondet alatus puer.
Novi modum, quo flectere
Ipsam quoque, Lubentia
Lubentior sententiæ
Accedat ut statim tuæ.
Opima præda in oppido
Servatur illo, quod modo *Servata ser-*
Quodam Tibi jam nomino. *vatur.*
Est Unio, virtutibus
Claret, medendi viribus
Pollet, mihi quod Delius
Apollo pridem rettulit.
Illi potes proponere
Prædam hanc: dabit mox (hercule!)
Nomen Tibi, sat strenuè
Fungetur illo munere.
Mater facit, quod consulit
Natus, celerq; suscipit
Sponsus, Venus quod suggerit.

Fatum

Fatum favet, jam sidere
Fauso potitur optimâ
Prædâ; litatque Cypridî,
Est Unio, quæ nunc Tibi
Unitur, & torum tuum
Conscendit, almâ dexterâ
Adducta Ihovæ maximâ
Sic unio vestra hæc DEO
Accepta, sit parentibus
Jucunda; cunctis languine
Junctis simul! quod apprecor.

M. Bartholomæus Beck Döbelâ-Misn.
SS. Theolog. Candid.

NUper ad irriguum Nereia turba sedebat
Flumen, & alternis carmina culta dabat.
Carmina percipiens pharetratus pugio prodit,
Et pede præceleri profilit in medium,
Sedulus atq; petit, spumans habitare fluentum
Quo sibi concedat tempus ad exiguum;
Scilicet ut cunctis, quos ardor amoris adurit,
Auxilium lymphæ frigore ferre queat.
Najades, audito sermone Cupidinis, ipsi
Omnia concedunt jura fluentis Aqua.
Quo factò Paphius latus se sistit ad amnis
Litora, proventuq; ubere mittit aquas;
Qualibus optaret nimios abstergere Soles
Delia, permulto victa labore jacens:

A 3

Non



Non face, non jaculis, urit, non percutit ullum,
Pro jaculis unda, & pro face frigus adest.
Prætereunt multi, quos flamma perurit amoris,
His refrigerium nobile suppeditat.
Approperat tandem quidam, de stemmate claro,
Cor cuius tenerum fervida flamma cremat.
Talibus ille rogat puerum sermonibus: Heus Tu!
Heus! Heus! ad ripam, Pusio, qui resides,
Qua tua sit virtus, qua sit q̄ potentia, multi
Laudant, suppetias queis tua dextra tulit.
Nimirum flammæ avidi quòd amoris avaras
Frigore dulciculo ritè levare queas.
Ergò, dum quoq; me calor urget Amoris anhelus,
Nec scio, contra æstum quis mihi præstet opem;
Ad Te confugio, rogitans per Cypridis oculos,
Ut sicut reliquis, mi quoq; subvenias.
Talia dum fatur, tandem respondet amicè
Pusio, se flammam velle levare quidem,
Si modò sufficerent undæ, quas flumen haberet,
Et non exhaustum forsân id esset eis.
Incipit hinc illum puris conspergere lymphis,
Quæ tamen in pauco tempore deficiunt.
Ergò sollicitè dum pusio colligit undas,
Unio ibi jacet in margine, quem reperit.
Hunc ipsi tradit, prætendens, Unio flammam
Præsens quòd nimiam tollere ritè queat.
Mox,

Mox, hoc accepto, capit is prædulce levamen,
Hunc secum gratam ducit & in Patriam.
Verùm quis fuerit Juvenis bellatulus ille,
Unio cui datus est nobilis, anne rogas?
En dicam: Fuit hic præsens Neonymphus, amœnam
Hanc quem Margritam qui vis habere, videt.
Quod benè sit! vigeat Sponsus, Margritaq; vivat
Sponsa. DEUS votum pondus habere, jube.

Lipsiæ properabat

M. Casparus Michaël Welsch.

Disperiere nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribus redeunt germina fructiferis.
Ridet ager, ridet Phœbus, ducuntq; choreas
In Parnassiacò culmine Pierides,
Omnia dum rident, Cypris sic farier inquit:
Risibus an risus addere fas fuerit?
Arridet Matri pætis puer ales ocellis,
Et: cur non fas sit? Quis dubitaret? ait.
Ergò age, respondet Mater, risusq; jocosq;
Incipiemus, erit maxima materies.
Materies, inquam, matrem faciemus, ad arã Hanc
Ducemus, nobis gaudia quæ pariet.
Sæpius ingemui, quòd non potiore potiri
Sorte liceret ei, castraq; nostra sequi.
Sic fuit adversum mihi fatum: sed tamen hocce
Tempore fors melior fulget ab axe Poli.
Nunc cerno risus, cerno ludosq; jocosq;,
Quos pridem ex animo cernere discupii.

Hirquos

Hirquos Invidiæ videam licet undiq; torvos,
Rifus Sardonios qui dare sunt soliti:
Non tamen hinc doleo: rumpantur ut ilia Codro!
Quin pendat nauci hæc scommata falsa volo.
Rifus efficiam genuinos his, Genialis
Lecti qui læti nunc anabathra petunt.
Rideat ut proles, faciam, nova, Cynthus annum.
Hinc quoties curru finiet alipede.
Hæc tibi, cara soror, voluit Venus ipsa referri,
Atq; meis Musis id dedit officij.
Tu Sponso referes: sunt hæc communia vobis,
Et Sponso, & Sponsæ, gaudia, quæ refero.
Nil addo, præter votum, quod pectore ab imo
Depromo, & Jhovæ supplice voce lito.
Faxit is, ut rifus vester matriq; mihiq;
Sit rifus, cordis gaudia mille ferens.

Lipsia F. Sponsa Frater

Johannes Ernestus VVagnizius

Servest. Philosophia Studiosus.

F I N I S.



Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

69

A,
is peritia
nis
RICI
iferi
altissimi
/ J. U. D.
gici, qui Ha-
q; Reipub!
Filijs,
dicissima
T A,
issimi
nitz/Reipubl.
meritissimi
Aprilis
si missa.
debat.

